

in villa que dicitur Meisheim et in villis illuc pertinentibus in totum et ad integrum ex iure et dominatione nostra in ius et dominationem sancti Gorgonii et ad opus fratrum in predicto loco deo famulantium tradimus et tradendo transfundimus in perpetuum, ita videlicet ut, quicquid de his abbates seu ministri prefati monasterii disponere et ordinare vel facere voluerint, libera in omnibus fruantur potestate faciendi. Et ut hec regie largitionis nostre auctoritas in omne evum firma permaneat et inconvulsa, eam propria manu subnotantes annuli nostri impressione subter iussimus insigniri.

Signum Odonis serenissimi¹ regis.

Datum XVIII. kal. iulii anno dominice incarnationis DCCCLXXXI, indict. IX, anno tercio regnante Odone rege glorioso.

H. 78². (— cum decimis ex supra scriptis villis ad eam iure pertinentibus —).

H. 74. — totum et ad integrum (B. 123. — a nostro communi iure in ius et dominationem — in perpetuum mancipata) — praedicto monasterio — ad stipendia fratrum ibidem deo militantium — perpetualiter concessimus atque perpetuo ad habendum delegamus (statt delegavimus), ita videlicet ut, quicquid de hoc (H. 78. in his vel de his —) rectores et ministri supra memorati monasterii disponere atque ordinare vel etiam facere voluerint, libero in omnibus fruantur arbitrio faciendi. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae —

B. 124. — eam manu propria subnotavimus —

B. 123. — firmantes anuli nostri impressione subter iussimus insigniri.

B. 122³. Signum Odonis gloriosissimi regis.

Datum idibus iunii anno incarnationis dominicae DCCCLXXXVIII, ind. VI, anno secundo regnante domino Odone gloriosissimo rege (B. 121. — domno Odone rege glorioso; B. 124. anno tercio regnante Oddone rege).

1) Das 'serenissimi' stammt wohl aus den Diplomen Ludwigs, bei Odo kommt es nicht vor. 2) Hontheim, Hist. Trev. I, 172 u. 178 n. 74 DL d. Fr. B.-M. 712 und n. 78 desgl. B.-M. 941; in diesem kommt auch 'Gomurithesheim' = Gaversheim und 'in pago Wormacense' vor. 3) In B. 123 fehlt das ganze Protokoll, in B. 122 die Recognitionszeile.